e-codices

hoc est non fluctuabit, non commouebitur dubitando, et permanebit in spe uitae et gloriae patriae. Inueniatur manus tua
omnibus inimicis tuis. Huc usque locutus est propheta in persona ecclesiae ad dominum patrem de humanitate Christi. Nunc ad ipsum
regem Christum secundum diuinitatem conuertitur. Inueniatur manus tua, id est operatio, et uirtus tua omnibus inimicis tuis, ut
eam sentiant in uindicta quam in sua humilitate credere et intellegere noluerunt. Hoc specialiter contra iudeos,
generaliter uero contra reprobos dicitur. Potest et in bono accipi. Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis, ut eos affligen
do corrigas, et ex inimicis subditos et amicos facias. Tale est et illud apostoli: Si enim cum adhuc inimici essemus, reconci
liati sumus deo per mortem filii eius, multo magis reconciliati salui erimus ab ira per ipsum. Dextera tua inueniat omnes
qui te oderunt. Magna clementia domini, cum etiam inimicos suos inuenire desiderat. Siue iuxta Cassiodorum hic illud
iudicii tempus aduertitur, quando dextera patris, id est dominus saluator, iudicaturus est mundum, et qui eum oderunt poenae perpetu
itate damnati sunt. Pones eos ut clibanum ignis, scilicet ut comburantur illorum peccata uel ipsi in futuro. Sicut clibanus intrin
secus ardet, sic illorum conscientia intrinsecus ardebit, eo quod bona non fecerunt. In tempore uultus tui, sub cum uenerit iu
dicare mundum. Tempus uero uultus domini dies est iudicii, quando filius hominis uidebitur ab omnibus, et soli eum iusti etiam
diuinitatis suae contemplatione respicient. Dominus in ira sua conturbabit eos. Et hic clementia dei non punit, sed turbat,
ut ad paenitentiam conuertantur. Et deuorabit eos ignis, sub absumpturi sunt illorum peccata. Deuorabit eos ignis in tem
pore uultus dei, cum uenerit iudicare mundum. Iste ignis est de quo dominus in euangelio ait: Ignem ueni mittere
in terram, et quid uolo nisi ut ardeat. De hoc igne et duo qui in itinere scripturas saluatore aperuit dicebant:
N Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum aperiret nobis scripturas. Fructum eorum de terra perdes, id est ipsos perdes, ut
opera ipsorum mala de sancta ecclesia. Et semen eorum sub perdes, id est uota ut facta peccantium, uel semen eorum, id est filios qui gene
rati sunt in mala doctrina a filiis hominum, id est a consortio bonorum perdes illos. Quoniam declinauerunt in te mala, scilicet o Christe, quae
debuerant recipere. Iudei quod super se per iustam uindictam recipere debuerant in Christo declinauerunt quando dixerunt
quod dignus erat morti. Cogitauerunt enim consilium uel dicendo: expedit unum pro omnibus mori, quod non potuerunt stabilire, id est ad
uotum suum perducere. Nam nescientes uera dixerunt. Oportuit enim unum pro omnibus mori. Verum quidem dictum, sed malo uo
to prolatum est. Et ideo de tali facto subituri sunt poenam, quia non habuerunt sinceram conscientiam. Quando posuerunt custodes
ad monumentum, sed mortuum uiuentem tenere non potuerunt, resurrexit; quod illi non uoluerunt nec crediderunt, et non potuerunt stabili
re consilium quod cogitauerunt. Quoniam pones eos dorsum, qui sempiterna desiderant. Aliter duobus modis iudeo dorsum ponant,
ut retro cadant aut retro respiciant. In reliquiis tuis, id est in prophetis quos patres eorum occiderunt. Reliquiae eorum
filii iudeorum qui occiderunt caput prophetarum, ut illa uindicta quae cepit a prophetis ueniat super illos qui dominum occi
derunt. Aliter in reliquiis tuis, hi sunt Helias et Enoch redituri sunt in fine. Praeparabis uultum. Vt iuxta uultum sanctorum uultus
quoque eorum incipiant peccatorum eorum, id est inter credentium, ut illud: ut conuertat cor patrum corda in filios. Exaltare domine
in uirtute tua. Vox ecclesiae ad filium. Exaltare inquit in uirtute tua, id est demonstra tuam potestatem et maiestatem, qui
prius uenisti in humilitate, sed modo ueni in maiestate. Cantabimus et psallemus uirtutes tuas. Cantabimus in corde, psal
lemus, id est implebimus in opere uirtutes tuas.

Assumptio matutina resurrectio est domini saluatoris. Ipse ualde diluculo surrexit. Iuxta quod Marcus ait: Sur
gens Ihesus mane prima sabbati. Tunc enim omni mortalitate et corruptione deposita, assumptus est in gloriam immor
talitatis et incorruptionis. Data sibi super omnia potestate, ut ei in nomine omne genu flectatur caelestium terres
trium et infernorum. In hebraica ueritate habetur: uictori pro cerua matutina. Victori ergo Christo domino cantatur hic psal
mus, qui de uicta morte surrexit. Cerua autem matutina caro est saluatoris, quae uelut cerua uelocissime die tertia
surrexit. Nec diu in sepulchro morari potuit, sicque adeo a quo assumpta fuerat in caelum deportata est. Si uero queritur
cur titulus tantum assumptionis, id est resurrectionis, fiat mentionem, cum multa per totum psalmum de domini passione
dicantur, sciendum saepe per id quod sequitur id quod praecedit designari, ut cum dicimus mane factum, intellegimus praecessisse
noctem. Pari modo cum intitulatur resurrectio, subintellegatur passio quae praecessit. Deus deus meus respice in me.
v Vox humanitatis est assumptae a uerbo dei. Imminente enim iam iamque perurgens passionem, quas turbatur interrogat
quare sit adeo derelictus, nunquam pater filium dereliquerit. Vnde ipse filius confidenter alibi dicit: Qui me

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 312, p. p.%2041 – Remigius of Auxerre, Expositio in psalmos (http://www.e-codices.ch/en/csg/0312/p.%2041)